credis non feres impunè, [2] Videor mihi si filios
trucidas [1] [ò Rex, Scio quid Vltrix iustitia
Soleat non impunè feres] videor audire quidi-
cat: videbit et hic popa, Videbit filiorum
suorum infamem necem lentè obtruncari ebna-
tantes in illorum Sanguine Siccarij manus, ad-
q[ue] immani laniena aduersariorum oculos pascere
intuebitur Victimas has Super crudelitatis a-
ras trucidari, hæc si quid miseri diuinare
possunt prævidere me iubo omen auertat Deus
Si mentem ò Rex conuertis, Sed Surdis cani-
mus, actum De Vobis est ò filij: nihil his
precib[us] mutatur Imperatoris facies: quid ergo
Superest nisi vt ploretis amores mei: ò filij
flete ergo, fortan mitigabunt v[est]ræ lacrymæ
quod preces nostræ nil flectunt, quid degene-
res fletu fastiditis dis[c]ite et Matris et
P[at]ris exemplo miserorum personas agere; ego
tamen ego praibo et meo Sanguine emolliam
lictoris ferrum, quò mitius in vestra colla
delæuiat. ò Fata ò Cæli! quib[us] me tra-

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 346v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/346v)